patebit Petat advocatum surgere per sinam quod super ipsum habent querulae et per sinam petat ut aliud iudicium ponat loco suo quod ipsi fuerit contra
Et tunc habet scultetum qui sibi indicare debet simpliciter modo ut advocatus super scultetum indicare debent ergo Scultetus indicet advocatum Et dicto advocatus indiget sentenciam hic non potest absque sculteto quod coram eo iure est exhibere oportet seu respondere Si super ipsum aliquis voluit querulare Et sic tunc iusticiam Anno et die
lerunt si per [illegible] tunc domino etc iudicium patat quod habuit ab eo et ingi
bannum si persecutus fuerit veris sentencys etc

De invencia domicialiorum Capitulum C vii

Si aliquis alteri invencianem domicilii fecerit nocte aut die Et si ille eum detinuerit in facto manifesto et ipsum captum cum clamore ad iudicium perduxerit si super eo homines habuerit qui suum clamorem audierunt met septimus suorum vicinorum factum ostendere possit ut iuris est illi ad collum tenetur Si autem factum manifestum ostendi non potest extunc ille iuramentum et evadere met septimus quam per eum vinci possit etc

De obsidys quod femine stuprantur Capitulum C viii

Obsidia et quod femine stuprantur et invencionem domicialiorum vel clamoris indicat et nullo alter nisi scultetus Et invencia domicilii probabiliter potest ostendi cum vulneribus et cum vulneratus cum habere potuerit in testimonium oportet de super respondere cum duello quam cum iuramento evadere possit

De promissione querele Capitulum C ix

Et si vir querelam suam promiserit tenere Et si tempore medio concordia facta fuerit extunc pro eo non plus amittit nisi iudici dat suam penam

De debitis ex parte patris Capitulum C x

Si vir queratur super alterum pro debito quod sibi ex patre suo teneatur per se debet super eo testificari ut iuris est Si autem iurare voluerit quod pater suus debitum persolvit hoc ipsum facere oportebit met septimus per manum mortuam Si autem dixerit quod ipsum solus persolvit hoc iurabit met septimus testibus

De pecudibus que noxam faciunt Capitulum C xi

Si aliquis habuerit equum vel canem vel aliud animal seu pecus quodcumque quod loquela caret et noxam sive dampnum fecerit solvere tenetur Si autem dicit suum non esse dampno perpetrato sibi in suo iure non nocebit etc

Qui canem servat ovile mordentem vel feram indomitam aut aucam vel ursum aut symeam qualescumque dampna faciunt solvere tenetur Et si tali dampno perpetrato alienaverit per hoc non est innocens si ut tenebatur potius perservare et probare quod tales detinuerit quousque dampnum fecerit